



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 124. Epistola Synodica ad Bohemos de Hussi suppicio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.**  
**A.C. 1415.**

alii decimum nonum assignant. Gersonius, biduo vel triduo elapso, occasione hujus itineris, & supplicationum institutarum sermonem habuit, assumpto Themate ex Psalmi LXVII. versu 20. *Prospere iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.* In eo exposuit in pacis negotio navatam hucusque feliciter Concilii operam & submota tandem obstacula, quæ extinctionem schismatis, extirpationem hæresum, ac morum reformationem retardabant. Adstruit quoque auctoritatem Synodi Pontificia superiorem in materia fidei, & reformationis, quam sententiam pluribus firmat argumentis. Ceterum Oratio hæc effectu non caruit, nam postera die generalis indicta est Congregatio, in qua de conclusionibus seu regulis a Gersonio stabilitis, necnon de modo eas in usum deducendi deliberatum fuit. Diversa etiam media proposuit Cardinalis Florentinus, quorum ope reformatio Ecclesiæ in Capite & membris non sine prospero eventu suscipi posset.

### §. CXXIV.

*Synodi epistola ad Bohemos de Hussi supplicio.*

*Niem. apud*

*Vander  
Hardt to. 2.  
p. 445.*

In alia quadam Congregatione sancivit Synodus, ut datis literis Bohemi de suppli-

suppicio Joannis Husi edocerentur, si Sæcul. XV.  
 mulque Conrado Pragensi Archiepiscopo A.C. 1415.  
 præciperetur, coerceret Husi sequaces.  
 Has literas Littomisliensis Episcopus ex  
 mandato Synodi scripsit in hanc senten-  
 tiā: „Etsi Joannes Hussus plures arti-  
 culos erroneos, & fidei contrarios tan-  
 quam suos agnovisset, nihilominus con-  
 tra eum juxta juris rigorem nihil de-  
 cretum, nisi postquam ad extrema  
 prolapsum, atque præsentibus Impera-  
 tore, totoque Synodi conseſſu pluries  
 ac specialiter auditus fuisset., Post-  
 modum adhortatur Bohemos, ut pari  
 studio animati hæresis extirpationi in-  
 cumberent, ipsumque Boheiæ regnum  
 ad eundem religionis fervorem excita-  
 rent. Cum vero hæc epistola Archiepis-  
 copo, Capitulo, & Pragensi Clero inscri-  
 pta effet, his ipsis Synodus omnino præ-  
 cepit, omnibus viribus sectæ hujus elimi-  
 nationem procurarent, adjecta poena ex-  
 communicationis, privationis beneficio-  
 rum, ac ipsius etiam degradationis.

### §. CXXV.

*Literæ supplices Regis Sueciæ pro  
 Canonizatione trium Beatorum.*

Rex Sueciæ, ejusque conjux, postquam *Vander*.  
 jam antea a Joanne XXIII. S. Birgit- *Hardt tom. 4*  
 tam in Cœlitum numero reponi supplices<sup>v.</sup> 490.

K. 2 petiis-